

62644.

NONNULLA DE VI, QUAM
**JUS ROMANUM IN JUS
RUSSICUM**

TEMPORIBUS ANTIQUISSIMIS
HABUERIT.

DISSERTATIO INAUGURALIS
HISTORICO - JURIDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE
ILLUSTRISSIMORUM ORDINIS
ad veniam legendi

IN

UNIVERSITATE LITERARUM CAESARIA
DORPATENSI

*RITE IMPETRANDAM CONSUETO LOCO PUBLICE
DEFENDET*

AUCTOR


Ewaldus Sigismundus Tobien,

CANDIDATUS JURIS UTRIVSQUE CURONUS.

DORPATI LIVONORUM.

TYPIS J. C. SCHUENMANNI,
TYPOGRAPHI ACADEMICI.

MDCCCXXXVIII.



VIRO

**EXCELLENTISSIMO, VENERANDISSIMO,
CURATORI PROVINCIAE LITERARUM
DOCENDARUM DORPATENSIS,**

**PRAEFECTO MILITUM,
PLURIUM INSIGNIUM ORDINUM EQUI**

de Kraffstroem

**HASCE STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS OBSER-
VANTISSIME**

DAT. DICAT, DEDICAT

IMPRIMATUR

haec dissertatio ea conditione, ut, quumprimum ty-
pis excusa fuerit, numerus exemplorum lege praescriptus
collegio explorandis libris constituto tradatur.

Dorpati Livonorum die XVI. mens. Octobris anni
MDCCCXXXVIII.

DR. FRID. GEORG. DE BUNGE,

Ord. J. Clorum h. t. Decanus.

AUCTOR.

TIBI, VIR ILLUSTRISIME!

hocce opusculum, in quo de vi, quam jus Romanum in jus Russicum temporibus antiquissimis habuerit, disserere conatus sum; qua par est reverentia, offerre audeo, exiguum grati animi documentum pro summa, quam in me contulisti, benevolentia, qua semper dignum me praebiturum promitto.

E. S. Tobien,

Candidatus juris utriusque Curon.

In Russia quoque, potentissima Romanorum rei publicae aemula, — florescere coepit jurisprudentia, unde sperare licet, fore, ut civitas illa quemadmodum in innumeris aliis rebus unius fere saeculi spatio celerrime est exulta, ita etiam haec in doctrina uberrimos quandoque fructus ferat.

Exstant enim collectiones quaedam legum, tanta sollertia, tantaque arte factae, et in ordinem reductae, ut quanta eorum, qui ipsas condiderint, sapientia fuerit atque gravitas, satis superque demonstrent. Excolendis enim juris principiis eorumque studio ea ratione consultum esse videmus (1), quam si Justinianus sequutus fuisset, ille collectionibus suis non modo majorem impertivisset integritatem, sed etiam auctoritatem, in perpetuum valituram (2). Neque vero hoc minoris est mo-

1) Полное собрание I, et II. In jure Russico ad ipsos fontes juris Russici codicis. (Сводъ Зак. Росс. Имп.) recurrere licet.

2) Quid demum optandum nobis foret, et quanta esset juris Romani auctoritas, si conservandis XII. tabulis, edicto, codicibus antejustinianeis, si denique conservandis operibus in Pandectas receptis et ceteris omnibus fontibus corporis juris Justiniani tam bene esset consultum, quam est consultum huic codici juris Russici. Quot perscrutationibus Jurisconsultorum, quot controversiis, quot erroribus occursum fuisset? Reputes cap. II. Legis Aquiliae. —

menti juris Russici studioso, quod fontes juris facillime adiri possunt. Studium quoque literarum excitatum commotumque, ex quo ordines juridici in ordinum ethico-politicorum locum substituti, neque minus scholae soli juris studio dedicatae, conditae sunt, plurima jam praeparavit ad literas juridicas ita perficiendas et amplificandas, ut non dubitandum sit, fore, ut vel iis, quibus, quae brevi tempore facta sunt, sufficere nondum videantur, aliquando satisfaciat. In omnibus hujusmodi permagnis rebus ex historia legislationis oculi nostri sua sponte in similia studia aliarum gentium et praeteriti et nostri temporis convertuntur; omnium autem maxime in civitatem Romanam, quae in legibus etiam ferendis majora protulit, quam quae antea erant praestita. At quae inter rem publicam Romanam et imperium Russicum intercedit similitudo, sive respicias utriusque civitatis a militibus strenuis conditae originem, sive imperii incrementum, sive principatum nullis denique sinibus circumscriptum: eam etiam in jure et in legibus extare, demonstrasse nonne operae pretium erit? Quae quidem utriusque juris cognatio, — licet nemo contenderit, plane eadem esse utriusque juris principia, sed qualia cuique juri sunt communia, — maximi certe est momenti non iis tantummodo, qui soli studio juris Russici operam navent, verum etiam omnibus, qui quandoque iudices jus Russicum exercere velint, cum jus Romanum fundamentum sit, unde omne juris studium initium capiat et capere debeat. Nemo tamen adhuc, quantum scio, ejus, quae inter jus Romanum et Russicum illo maxime tempore, quo religio Christiana in Russia nondum recepta fuit, intercedit, similitudinis

3) Cf. Рождественскій, Римское гражд. право (излож. по Макардею) Спб. 1829 I. стр. 71 §. 69.

rationem habuit. Quae quidem similitudo vel iis, qui in Academia extranea juris studio operam dederint, viam quasi aperit juri Russico cognoscendo. Neque enim amplius est peregrinus in hoc jure, cujus principia certe (4) cujus fontes (5), cujus singulas quasdam constitutiones (6) utriusque juris communes, haud ignorat. Viam sibi patefactam videt, qua in rebus dubiis ex jure Romano, per longam annorum seriem perpolito perfectoque, principia quaedam quasi ducentia colligere sibi possit? Si deinde legibus, quae quominus exterum jus adhibeatur vetant, strictissime obtemperemus (7) non deerunt tamen casus, in quibus, vel quia manca sunt et parum clara praecepta, vel quia iterum iterumque authenticam interpretationem interdum petere nobis haud licet (8), multa ipsius iudicis arbitrio permittenda sint. Quid igitur mirum, si in Russica civitate jurisconsultus ea juris Romani principia in auxilium vocat, quae in patria universitate cognoverit et admirari didicerit, quae denique ut munus aliquando suscipere posset cognoscere jussus erat (9), quorum cum jure no-

4) Praesertim in jure criminali.

5) Гимковскій кратк. Исст. права Россіи (въ Терлаичевомъ руковод. къ позн. части. Гражд. права Россіи 176 §. 48. Вельямниновъ-Зерновъ оныиъ начертанія etc. I. стр. 12. Полное Собрание I. стр. 2: „И по Государеву — указу, Бояре — выпи- савъ изъ — градскихъ законовъ Греческихъ Царей etc.

6) е. г. lex 3. 5. 11. 42. Dig. de poenis et §. 134. 108. 102. 105. Сюда зак. уголовн.

7) Основ. Росс. Права Сиб. 1821. I. §. 45.

8) Cf. Сюдь учрежд. II. §. 52. nota 5. et §. 65.

9) Cf. Рождественскій I. c. I. стр. 75 Граждан- скіе чиновники, подвергающіеся испытанію по Ук. 1809 года Августа 6-го для должны имать основательныи свидѣнія въ Римскомъ Правѣ.

stro similitudinem vel ipse, vel admonitus tum ab Antecessoribus tum libris compendiaris, perspexit.

Quo eruditior in universum hodie in Russia juris consultorum ordo evadit, — quo uberiores fructus etiam in jure Romano profert illa sementis, quam benignissima manu Russiae Imperatores uno fere abhinc saeculo (10) facere coeperunt, eo minus profecto juri et libertati civium periculosum erit putandum, si Russici magistratus in judiciis Russicis jus Romanum in usum vocant eoque major etiam inter utrumque jus conjunctio intercedet et connexus. — Quomodo tandem, ut ex magna copia exemplorum pauca tantummodo afferam, — quomodo in causa criminali de fine generalis et specialis inquisitionis, quomodo de corpore delicti in infanticidio, quomodo in criminibus in integritatem mentis corporisve aliorum hominum commissis, quomodo in stupro violento, in incendiis atque in peculatu, cujus quidem codex juris criminalis Russici (Сводъ зак. угол.) paucis vel nullam omnino facit mentionem, et de quo in codice juris, quia summa est in quoque casu conditionum varietas, non omnia, immo ne multa quidem possunt afferri, — quomodo his in casibus, quum omnino fere desint literae (11) quibus virorum doctorum de singulis criminibus sententiae contineantur, abstinere aliquis, quominus ipsum jus Romanum vel opera ab externis auctoribus de causis capitalibus scripta in auxilium vocet? —

10) Рождествов. I. с. Преподавание Римск. Правъ младосе со времени царствования Елисаветы Петровны.

11) Dicuntur praecipue in instructione Imperatricis Catharinae II, data collegio virorum scribendis legibus, externi, praesertim Italici et Franco-Gallici scriptores de causis capitalibus in consilium esse adhibiti.

Eadem est rerum conditio siquidem respexeris jus privatum, quo pertinet, quod lites de servitutibus, — quae ex jure Romano uti in Germanicum ita etiam in jus Russicum transiisse videntur (12), ex jure Russico non nisi ex pacto contrahentium dijudicari debeant (13); quid vero, si non pacto, sed, verbi causa, praescriptione vel testamento servitutes exortae sunt? —

Illam tamen similitudo, quae juri Russico cum Romano intercedit, magis certe interest ejus, qui theoria occupatur, si enim cognationem juris Russici cum Romano tam certam cognitamque habereamus, quam eam, quae inter jus Romanum aliarumque gentium, praesertim ceterarum Slavicae originis, jura intercedit, omnis Romanae civitatis historia referenda nobis esset ad Russici juris historiam. Et tum quidem effatum illud (14) tam saepe castigatum, quod est in corpore Russici juris canonici (Кормчая книга): Wladimirum Magnum cognatum fuisse Augusti; fortasse ita nobis interpretari liceat, ut imaginem (αλλοίωσιν) esse dicamus, qua utriusque civitatis jura, quae civitatum animae quasi merito creduntur, cognata inter sese fuisse iudicetur. Erit illud profecto tempus et il-

12) Cf. Runde Grundsätze des Deut. Priv. Rechts ed. 1817 §. 102. seq. §. 273. seq. Св. зак. гражд. §. 272. etc. Улож. IX. 12 — 18. X. 238 — 279. Ewers, das älteste Recht der Russen Dorp. u. Ham. 1836. pag. 325. 331. 333. A. v. Reutz Versuche über die geschichtliche Ausbildung d. Russ. Staats- und Rechts-Verfassung. Mitau, 1829. pag. 437. seq. §. 271 u. 272.

13) Cf. Сводъ зак. гражд. §. 293. §. 300. etc.

14) Кормчая книга Москва 1816 II. ч. folio 8. pag. 2. „Приде же по семь се — — — егда соборны Святославов сынъ — — — паче же иже бв ошь „корене Августа Кесаря римскаго — — — великий „князь Владимиръ etc.“ Cf. Schloezeri Nestor. et Koptar in annalib. Vindobon. XXIII. pag. 231.

lucescet aliquando ille dies, quum, sicuti nonnulla, quae ad vatem Jonicum (15) pertinent, jam sunt detecta perscrutationibus, ab Imperatore benignissimo adjutis, talia quoque, quae jus Romanum spectant (16), e caligine in lucem proferentur, quae quidem spes eo certior videatur, quum adeo apud Turcas in codice juris, qui dicitur Multeka (17), Romani juris vestigia sint inventa, atque apud Habessinios Basilica fortasse omnino integra adhibeantur (18).

Utriusque juris et Romani et Russici major speranda est appropinquatio, cum jam utriusque studia pariter adjuventur, et jus Russicum in dies magis excolatur. Sapienter igitur prospectum est ab Imperatore clementissimo et a summo collegio populi culturae prospiciente, ut, quae antea juris Romani studio imbuta fuerint ingenia, ad juris Russici denique studium sese converterent. Nonne denique, quum jam longius longiusque Russicae linguae usus propagetur, magna jam impedimenta, magnae difficultates tolluntur? Causa autem cur

15) Hymnus Homeri repertus a Mathiaeo Moscoviae,

16) Codex picturatus in Pulavi; maxime memorabilis epitome ex legibus agrariis pebta in lingua Slavica et temporis incerti (Уставъ о земскихъ дѣлахъ cf. Максимовичъ Указатель. Москва, I стр. 5 seq. Slossius Hermentik d. Röm. R. pag. 392. *). Вельяминовъ-З. I. c. dixit: „Уставъ о земскихъ дѣлахъ — — — ничто „,дно какъ извлеченіе изъ Римскихъ законовъ.“

17) Solimanno I. regnante hoc corp. j. Turcicum in V partes digestum, literis consignatum est et lingua Arab. editum a. 1824. Excerpta quaedam ex Multeka inveniuntur in Muradzea d'Ohsson tableau de l'Empire d'Ottom. (cf. Glonares in annalib. qui inseribuntur Themis.) et Hammers Türk. Staats-Verfassung und Geschichte.

18) Gobbat, missus ad doctrinam Christianam propagandam refert de valore codicis juris Romani in Habesch, cujus auctor Constantinus quidam (Porphyry) esse dicitur.

tantopere jus alterum alteri simile sit, ipsa fortasse est vis ac natura juris Russici et progressus, quos brevi tempore fecit. Adde, quod jus Romanum eximie est excoltum indeque tantopere maximi existimatum fuit ubique, praesertim in Russia, ut jam mature omnibus in terris cultis adhiberi coeptum sit, — quibuscunque igitur cum gentibus, occidentem vel orientem versus habitantibus, Russi societate jungebantur, jus Romanum eo tempore, quo cultura increscebat, non recipere non potuerunt. At erat nimirum, quod ad jus etiam attinet, Graecia omnium civitatum aptissima, quae vim posset habere ad jus Russicum excolendum. In hac ipsa re gravissima causa, ex qua similitudo illa et consensus utriusque juris profloxit, posita esse nobis videtur. Non mirum est, quod post Constantinopolin per Turcas captam jus Romanum ab occidente vim suam exercere coepit in jus Russicum. — Quae quidem vis, quae usque ad nostram aetatem manifesta est, veteri illo codice juis Russici per Jaroslavum ex fontibus legum mere Scandinavicarum recepto (19) aliquamdiu tantum subinterpellata est, cum adeo tempore subsequenti in jus Scandinavicum jus Romanum vim suam exserere coeperit (20) et simul cum illo in jus Russicum receptum esse videatur (21).

Quod autem omnium primum jus Russicum dixi multum contribuere ad cognationem illam ef-

19) Cf. Правда Русская (Ewers I. c. pag. 318.) legibus Ethelredi. Розенкампфа обзорніе кормчей книги въ историческомъ видѣ. Москва, 1829. I. in notis, pag. 100.

20) Cf. Edictum promulgationis corporis juris civilis a Christiano rege Sveciae constituti, ab Nic. Bagwaldo correcti, a die St. Philippi et Jacobi a. 1442.

21) Cf. Articuli jur. milit. per Petrum M. XXX. die Mart. a. 1716. p. Ch. n. constituti (Вонскій Уставъ).

ficiendam, hoc quidem gravissimum videtur esse maximique momenti, quod ipsum fere totum Imperatoris edictis consistit. Continet enim hoc jus magnam copiam singulorum edictorum, certis quibusdam in casibus propositorum ab Imperatoribus; atque idem his ipsis edictis postea est excultum politumque uberius. Quamquam igitur hac in re quantum singulorum Autocratorum ingenii facultates valuerint, vix quemquam latebit: Imperatores tamen permultos Russico videmus imperio contigisse, qui continua serie regnantes, semper juri Romano faverent, et, quamvis summa esset veteris juris populi observatio, tamen, ut concordarent inter sese jus Romanum Russicumque, ipsi efficerent.

Est aptissima enim optimaque agendi ratio ea, qua prudentes legislatores, si quid novi ferant, non modo sui populi propriam naturam respiciant, verum etiam, historiam, humani generis magistram, consulentes, ea, quae aliae nationes prius excultae expertae sint, quasi oracula audiant percipiantque (22). Ubi autem inveneris leges usu magis comprobatas atque excultas, quam Romanas? Jus enim Romanum omnes civitatum formas ita percurrisse videmus, ut, quae unicuique propriae essent virtutes, sibi vindicaret: dum alacere illud populi studium, quod in publicis judiciis, quod in praetorum edictis, semper, quo aleretur, invenit, iis, quae parum congrua essent, remotis, vim suam ac robur satis declarat. Hoc enim jus, cui quidem perficiendo sapientissimi quique principes neque non viri juris peritissimi omnem operam navarunt,

22) Antiquis quidem temporibus, ubi disjunctae erant singulae gentes, viri, leges laturo, itinera per terras peregrinas fecere, uti Moses, Solon, Lycurgus. Romani legatis in Graeciam missis, Graecam Hermodorum sibi elegerunt, qui collegio legibus ferendis adjungeretur.

populum fortem quando et strenuum libertatis suae sibi conscium totius orbis principem, tanta virtute ornavit, ut vel eo tempore, quo pariter servitute ac morum corruptela opprimeretur, si non florere, at vitam tamen trahere posset. Mira autem illa juris Romani praestantia ejusque indole ac natura, qua omnibus populis sufficere posse videbatur, effectum est, ut tanquam jus mere rationale in omnium fere gentium legum codices reciperetur, neque fieri non posset, quin etiam in jus Russicum viam sibi pararet.

Praeterea celeri illo culturae Russici imperii progressu praesertim inde a medio saeculo XVII. haud parum adjutus fuisse videtur utriusque juris consensus et quasi transitus Romani juris in Russicum. Ubi enim jus consuetudinarium sensim sensimque excolitur, multo rarius occurrit, ut exterum aliquod jus recipiatur necesse sit. Tria fere saecula et quod excurrit constiterat jam civitas Romana, quum duodecim illas tabulas constituere coepit. Jam vero legatis ad cognoscendas, Solonis leges in Graeciam missis, Hermodorus Ephesius plurimum operae impendit legi novae ferendae. Neque tamen quum elementa sint proposita ac recepta populi propria, cognoscere satis possumus, num contineantur omnino his duodecim tabulis ulla Graeca elementa (23). — Quum deinde necessitate coacti, classem sibi parassent Romani, extemplo eas a Rhodiis, qui mari florebant, leges de re maritima recepisse conjicere licet. Joannes III. Basilii filius, Alexius, Michaelis filius, Petrus M. et Imperatores subsequenti, uti antea Olegus, Wla-

23) Cf. Lelievre de legib. XII. tabb. patria. Loewen, 1827, Dirksen, Uebersicht der bisherigen Versuche zur Kritik und Herstellung des Textes der Zwölfstafelfragmente. Lpz. 1824. 8.

dimirus atque Jaroslavus, qui omnes ad id usque fastigium Russiam extulerant, ut saecula aliquot interim excessisse videretur, leges populo suo praescripserunt, in quibus elementa juris gentium peregrinarum contineri, certe scimus (24). Itaque, quum tam celeriter ea extolleretur civitas, quae modo coli coepta esset, quumque populos adeo jam perpolitos exaequaret brevi tempore, lacunas hinc exortas, si non corporibus legum universis, certe singulis tamen constitutionibus receptis et imitatione resarcire debebat.

In ipsa denique juris Romani praestantia tertia causa similitudinis, quae inter jus Romanum et Russicum intercedit, posita esse videtur. — Eo tempore, quo, postquam mirum quam celeriter omnes literae et maxime jurisprudentia florere in Italia coeperant, ex omnibus regionibus maxima juvenum multitudo, ut ex ipsis fontibus aeternam veritatem juris haurirent, discendi cupidissima Bononiam urbem festinavit, nihil aliud profecto, quam ipsa haec juris Romani praestantia, causa ac ratio fuisse videtur, cur Germanorum ceterarumque gentium propria et consueta jura posthaberentur, cur jus eorum, quod superioris demum saeculi principio Germanistarum (25) lamentationibus in vitam est revocatum, oblivione quasi obrueretur. Verumtamen, neglecta istorum indignatione, eloquens ille et sagacissimus hospes Romanus sicuti Ulyxes ad aram Phaeacum sedet, conscius suae sibi auctoritatis. Quae quidem auctoritas ipsi neque Borussiae codice neque Austriaco vel Franco-Gallico eripi poterit.

24) Cf. pag. 9. nota 19.

25) Hermannus Conring. († 1681) de origine juris Germanici. Runde l. c. §. 26. §. 98. etc. Bayer 1717 primus antecessor juris Germanici.

Illa autem juris Romani praestantia quantopere oculos in sese converterit Principum Russiae sapientissimorum, cernitur illud quidem non tantum ex vestigiis juris Romani, quae in vetustissimis juris Russici monumentis animadvertuntur, sed etiam ex legibus, quas supra attuli, agrariis (26).

Omnium autem maxime recentiori tempore in jus civile et ecclesiasticum Romani juris fontes sunt recepti, et in linguam Russicam conversa jam sunt peregrinorum de jure Romano opera; institutae jam cathedrae ad tradendam hanc doctrinam plurimae. Idem vero ex compluribus rebus, quas alio tempore illustrandas nobis relinquimus, facillime cuique appareat.

Causa autem omnium gravissima, quae concordiam utriusque juris gignere debuerit, nobis commercium illud erit habendum, quod primis temporibus cum Graecis Russico populo interessit. Quae societas ex antiquissimis itineribus mercatorum atque ex fabulis gentium septentrionalium fuisse (27) aliquando agnoscitur. Hac autem conjunctione utriusque civitatis, quum, quo magis Russia percoleretur, eo arctior evadere coepisset, vim quoque, quam jus Romanum in jus Russicum exercuit, multo factam videmus majorem. Initio quidem, et propter mercaturam (28) et quia militibus mercenariis indigebant, Graecis id maxime cordi erat, ut bellum contra Russos, ad pugnandum semper promptissimos, evitarent. Huc autem, quod par

26) Quae leges — id quod praetermittendum non erit, ab Jaroslavo, qui juri praecipue Slavico veteri et Scandinavico favebat, latae esse dicuntur.

27) Cf. pag. 38, nota 2.

28) Cf. Ewers. l. c. pag. 79 — — „der Handel war übrigens den Griechen nicht weniger Bedürfniss, als unsern Russen.“ Pag. 178, seq.

erat religio quodque affines erant inter se domus regnatrices tempore insequenti, accessit. Inde facile explicari potest, quod Graecos et victos ab Olego et victoria de Igore et Swaetoslavo reportata (29), semper summa moderatione usos esse videmus. Namque hac ipsa agendi ratione nonne optime aliis populis nostram religionem, nostrum jus probare possumus? nonne haec ratio quam fuerit probabilis, ipsa ea, quae hinc sequuta sunt, optime nobis ostendunt? — Mox vero quum amplexi jam essent Russi doctrinam Christianam, jus Graeco-Romanum non solum gradatim irrepsisse, sed in collectiones canonum ecclesiae Graecae, in libros de jure civili post Justinianum compositos totum receptum esse scimus; est tamen illud ejusmodi, ut nullius argumenti, nullius omnino mentionis indigere putetur (30). Nam corpus juris canonici Russici, quod Кормчая книга inscribitur, aliqua certe ex parte a Wladimiri inde temporibus pro lege fuisse, ex multis documentis facile cognoscimus (31). — At alio tempore, quomodo jus Romanum cum doctrina Christiana receptum, vim suam ad nostra usque tempora in Russicum jus exeruerit, explicare stauerimus, hoc quidem loco nullum amplius verbum hac de re dicendum esse censemus. Nam id solum his paginis ostendere nobis propositum est, quam vim jus Romanum tempore antiquissimo, eo praesertim, quo pagani adhuc erant Russi, in jus co-

29) Repulsus enim erat Swaetoslavus ab urbibus Presthlava et Dorostolon.

30) Cf. Кормчая книга, Photii nomocanon, Basilii *πρωξερων νομων* etc.

31) Тимковскій крапк. Исп. Права Россіи въ Терлаичевомъ руковод. къ позн. Гражд. Права Россіи. I. 76, §. 48. Вельяминовъ-Зерновъ, I. с. I. pag. 12.

rum habuerit. Namque ad aetatem usque Wladimiri, — quamquam in meridie et septentrionali Russiae parte doctrina Christiana jam percrebescere coepit, quamquam Ossoldus jam et Dirus, quamquam Olga denique hanc religionem amplexi erant, paganorum religionem nihilo secius praevaluisse perspiciamus (32). At hoc quidem spatium antiquae juris Russici historiae paucis describere mihi placuit, non modo, quia nobis praebet campum ad hoc usque tempus, quae ad cognationem juris Romani cum Russico pertinent, omnium minime excultum, sed etiam, quoniam, quanti momenti esse debeat haec juris Russici pars, tum Jcto, tum historico, tum viro rerum publicarum perito, tum philosopho, facile demonstrari poterit. Nam hoc jus est nationis, quae longissime per orbem diffusa, imperio populorum, centum linguis utentium, sibi vindicatio, civitatem; cujus fines nonnam totius orbis terrarum partem amplectuntur, formaverit. Etsi nempe, quod de Romano jure valet, ob summam perfectionem et internam gravitatem, inter culturarum civitatum jura locum obtinere principem, de jure Russico dici nequeat, — historia tamen ejus juris et vetustissima ejus documenta hoc jus, ut commune sit generis humani bonum, ipsa efficiunt. Ubi enim est civitas, quae testimonia literarum juridicarum L. annos post civitatem conditam confecta, praebere nobis queat? — Ad haec monumenta, membra tanquam torquis pulcherrimae, alii codices, alia legum monumenta, quae felicissi-

32) Olgam etiam, summopere veneratam et dilectam — (Кормч. кн. Москва, 1816. Folio VIII.: „Блажена еси „Ты (Olga) въ женахъ рускихъ, тебе бо будущъ бла- „жити сынове русскіи въ послѣднѣмъ родѣ вѣку „„твонхъ““) — clam tantum Christianum sacerdotem secum habuisse auctor est Nestor.

mam spem nos concipere jubent, statim adnectuntur. Russia autem, quid in legibus ferendis praestare potuerit, ex historia juris et paucissimis iis, quae ad nostrum usque tempus devenere, satis clare intelligitur. Et Russiam quidem, nisi bellis, motibus internis aliisque rebus, quominus initia illa melius percoleret, impedita fuisset ac prohibita, in generis humani historia altissimum locum occupaturam fuisse, ex ipsa juris Russici historia nonne facillime intelligitur. Quid? nonne idem jam eo demonstratur, quod permagnae dissensiones et discordiae, quod servitus teterrima, quae populum aequae ac principes, quae liberos et servos pariter oppressos tenebat, et plura per saecula, ut proprium populi ingenium, fidem, jus, ac linguam everteret omnimodo enisa est, vulnera tantum, — quae non nisi post saecula sanari possent, civitati huic infligere, neque tamen omnino culturae initia extinguere potuerunt? Quum primum vero cives jugum a Tataris sibi impositum excusserunt, prior etiam juris vigor, quum novi componerentur juris codices consuetudinarii, redire ex templo visus est. At plura tamen saecula, quae salutaria erant ceteris civitatibus, Russiae ejusque juri sine ullo fructu sunt transacta. — His igitur saeculis ex annalibus expunctis, jus Russicum ad prioris juris codices adnectit statim posteriores, qui, quum summis excelleret virtutibus, quamvis multum tempora mutarent, suam tamen auctoritatem obtinere valebant. Russiae autem civitati quam grave elapsum erat tempus, quum, jugo Tatarorum oppressa, somno quasi teneretur arcto altoque? Quo eodem tempore efflorescere artes literaque coeperunt in Italia Germanaque.

Quum vero arctissimis vinculis multi Russorum principes, imprimis Jaroslavus Magnus, familiam Ruricianam non temere cum gravissimis

regnatricibus domibus conjunxissent (33), quis est tandem qui dubitet, quin lux illa literarum, quae tam laete in meridie atque occidente Europae effulsit, ad orientem quoque et septentriones radios suos salutare missura fuerit? Et nonne tum quidem fieri debuit, ut jus Romanum, cui jam antea paces cum Imperatoribus Byzantinis compositae et religio Christiana a Byzantio transitum in Russiam parassent, non modo a ceteris omnibus civitatibus et a reliquis Slavicae originis populis, sed a Russis quoque si non reciperetur omnino, at multo tamen magis respiceretur? Attamen verba Antecessorum in Academia Bononiensi docentium, qui omnibus dicuntur studium excitasse juris Romani, obmutuerunt illa quidem omnino per tumultum proelii apud Kalkam flumen commotum, et per clamores barbarorum, praedam agentium. Attamen connexus ille, qui Russiam cum vicina civitate jungebat, gravior erat majorisque momenti, et prius jam initium ceperat, quam ut ante receptam in Russiam religionem Christianam nullam putetur vim exhibuisse jus Romanum in Russicum. Ruricum quidem imperii Russici conditorem ita in patria sua et civitate Russica occupatum fuisse dicunt ut in Graeciam, quam quasi metam et terminum omnes petebant Scandinavici (34) Russicque heroes, proficisci cum suis nequiret. At missi sunt

33) Jaroslavi filia Elisabetha juncta erat matrimonio cum Haraldō IV, rege Norvegiae. — Anna cum Henrico I, rege Franciae. — Anastasia cum Androa I, rege Hungariae, filius ejus Wladimirus cum Ineda filia comitis de Kent etc. (qui erat adversarius Guilielmi expugnatoris), Isaeslavus cum Casimiri, regis Poloniae, sorore, Wsewolodus cum filia Imp. Constantini Monomachi.

34) Schloezers allgemeine nordische Geschichte. pag. 545. 571.

Oscoldus et Dirus in Graeciam, qui, quum classe sua vehementi tempestate essent spoliati, cum Russis suis urbem Byzantium intrasse ibique, ut, Christianam religionem amplexi, sacerdotes acciperent, instanter flagitasse, a Photio in epistola quadam encyclica traduntur. Inde Kiovia, quae jam anno 886 archiepiscopum habebat (35) cum Byzantio arctis vinculis connexa fuisse videtur. Et hoc inde ex tempore quin jus Romanum permagnam ad Russicum vim habuerit, negari nulla conditione potest. Id quod magis credendum est, quum apud populos, nondum satis exultos, jus ecclesiasticum partim minus a civili sejunctum sit, partim vero magnam sibi vindicet in rebus civilibus auctoritatem. — Quum vero proh dolor! nullum exstet certum monumentum literarium, ex quo qualis illo tempore juris fuerit conditio, comprobari queat, splendor tamen et gloria regiae hujus urbis (36) certam ibi juris conditionem fuisse et jus fortasse Graeco-Romanum auctoritate haud parva valuisse, nos concludere jubent.

Multo gravior autem hac ex parte Olegi est expeditio Byzantium suscepta. Huic enim, postquam quasi magica arte victoriam reportaverat splendidissimam, jus Graecum et argentum in praedam cessisse videmus. Anno igitur 911 pax composita est inter Olegum et Imperatorem Byzantium, quae quidem monumentum merito putatur

35) Chronographi jam sub Imperatore Leone Sapiente Byzantino (886 — 911) Russiam, sexagesimum archiepiscopatum, patriarchatus Constantinopolitano adscriptam fuisse auctores sunt, summaque dignitate Kiovienses archiepiscopos ornatos fuisse (Ewers. I. c. pag. 9-201. Kritische Vorarbeiten pag. 248. Biener de collect. can. pag. 47. S. 10.)-

36) Ditmarus, jam ante tempora Jaroslavi 400 ecclesias Kioviae enumerat, Saxo 300. —

memoratu dignissimum, cum integra ejus verba ad nostram aetatem pervenerint. Schloezerus quidem in Nestore suo III. 303. de monumento illo haec dicit:

„Ist dieser Tractat ächt, so ist er einer der „grössten Merkwürdigkeiten des ganzen Mittelalters — so ist er etwas Einziges in „der ganzen historischen Welt (37).“

Hoc igitur monumentum, quod Schloezerus subdicitum esse contendit, maximi et sagacissimi viri, Ewersius (38) et Krugius (39), qui egregie de antiquitatibus Russicis meriti sunt, genuinum esse, luculenter demonstraverunt. Quibus viris doctissimis, pactionem etiam Igorianam similem quidem Olegianae, sed quia victores exstiterant Graeci, ipsis magis commoda, veram et genuinam esse, ostendisse contigit. Et haec quidem monumenta non solum veteris juris Russici utique fontes sunt existimanda, sed multum etiam efficiunt ad eam, quam nobis sumsimus, juris Russici et Romani in antiquissimis temporibus cognationem comprobendam. Eo quidem tempore, quo Olegus cum Imperatore Byzantino pacem illam composuit, Russi, qui per arma sua, per Perunum et Volossum deos juravere, pagani fuerunt. Hinc, quamquam superatis hostibus, multa et sibi et Russis suis commoda paraverat Olegus, ubique tamen, quantam vim Graecorum cultura ad fortes illos sed rudes populos habuerit,

37) Ewers. I. c. pag. 118. Doleo, quod propter exiguum opusculi mei ambitum, investigationes aliorum virorum doctissimorum ut Tatischevi, Karamsini, Tscherbatoevi etc., ad monumenta Olegi et Igori pertinentes, non uti in animo erat, respexerim.

38) Ewers. I. c. pag. 118.

39) Krug, kritischer Versuch zur Aufklärung der Byzantin. Chronologie, mit besonderer Rücksicht auf die frühere Gesch. Russlands. St. Petersburg. 1810, pag. 108.

planum est atque apertum. In illius Olegianae pactionis exordio ratio ac via primo constituitur, qua lites Russorum Graecorumque componantur, ita quidem ut coercita admodum vi privata, simplicissima quaedam et quae illi aetati accommodata esset, causarum agendarum ratio praescriberetur, eum in modum, ut si deessent clara indicia, iuramentum suppletorium accusatori imponeretur.

Secunda deinde pactionis pars, quae agit de caede, iis Russis, qui domicilia fortasse in Graecia habuerint, caedis ulciscendae potestatem eripit, qualem vindictam in Russia usque ad tempora seriora valuisse scimus (40). Decretum enim est ea in parte pactionis, ne cognatus interfecti — uti antea — facinus homicidae profugi, cognatis ejus trucidatis, vindicaret, sed tantum rem familiarem interfectoris adimere posset. At sunt tamen haec fere adjecta:

„aber die Frau des Todtschlägers — nimmt
 „von dem Vermögen des Mannes vorhero
 „so viel ab, als ihr zukommt nach dem
 „Gesetz (41).“

Id vero quod hoc loco deducendum esse dicitur, quid aliud est, quam dos illa Romana vel donatio propter nuptias? et lex, quae quanta sit illa dos, constituere debeat, nulla alia est, quam jus Romanum? Namque Russi de legibus loqui non poterant, quae feminis talem libertatem, tantam rem familiarem, talia denique jura impertirent. Femina enim a Russis omni habebatur jure orbata (42), arbitrio mariti et vindictae ho-

40) Cf. Правда XIII. saeculi art. 1. (Cf. Ewers. l. c. pag. 814.): „(es) räcbe der Bruder den Bruder, — der Sohn den Vater etc.“

41) Ewers. l. c. pag. 128. Partim, quo res clarior esset, partim quia Ewersii sententiae non semper adstipulari poteram, verba et versionem ejus lingua Germanica allegavi. 42) Cf. Ewers. l. c. pag. 108, 227.

stium obnoxia (43). Quis est tandem, qui hoc loco non videat, Russum victorem a Graecis devictis juris institutum, quod ipsi non solum ignotum, sed etiam ejus de jure sententiae, ejus moribus omnino contrarium esset, recepisse jam et agnovisse. Ita enim fert lex Romana, ut in rei familiaris confiscationibus semper tamen uxori dos illa vel donatio propter nuptias conservetur, neve infantibus peculium, vel legitima pars, quae postea dimidiam partem amplectebatur totius rei familiaris, ullo modo eripiat (44).

In tertia deinde pacis illius lege, quae decernit de poena laesionum haec verba leguntur:

„Wenn Jemand mit dem Schwerte haut - - -
 „so soll er für diess Hauen - - - fünf Litra
 „Silbers bezahlen nach Römischen Ge-
 „setz, по Римскому з. (45).“

Nonne hoc loco claram videmus mentionem factam juris Romani, cui sese ipsos obtemperaturos esse polliceantur Russi? Namque, etiamsi nonnullis in libris manuscriptis haec verba legantur: „nach Russischem Gesetze, по Русскому з. (46),“ nihilo tamen secius, quia omnium librorum consensu lectio munitur „Litra,“ prior illa scriptura rectior haud dubie existimanda, neque observatione Krugiana (47), qua ille vir doctus „Litrae“ vocabulum „ut Graeci legem „intelligerent“ adhibitum esse putat, ullo modo in suspicionem vocabitur. — Neque, ut videtur, plus valebit Ewersii sententia: „Graecos hoc

43) Cf. Ewers. l. c. pag. 51.

44) Cf. lex 1. et 3. D. de bonis damnator. lex 9 et 10. Cod. de bon. proscr. Nov. 134. c. 13. lex 3. §. 4. de minoribus.

45) Schlözer N. III. 317. Ewers. l. c. pag. 143. Бельяминъ-З. l. c. I. pag. 9. nota 2).

46) Cf. Ewers. l. c. pag. 146. nota 15.

47) Krug zur Münzkunde Russlands. pag. 190.

in monumento, nunquam Romanorum, semper Graecorum nomine appellari (48).

Ad prius illud quod attinet, dubium non erit et incertum, quin Graecis, qui mercatura longe lateque facta (49), nummorum et auri genera genibus remotissimis usitata satis cognoverint, eo magis Russici nummi noti omnino fuerint. — Russi enim, gens ipsis vicina, propter Kioviam in christianorum civitates receptam satis illis erant amici cognitique. Qua enim alia ratione tributum Olego nummis Griwnarum, (— Олѣгъ взялъ по 12 гривенъ на ключъ —) quae vocantur, pensitare potuerit? — et quum tributum illud solveretur jam antea, quam composita est haec pax (50), quo tandem jure Graecis Griwnas ignotas fuisse aliquis putaverit? — Nimirum si Graecis aequae ac Russis secundum Russicum jus ut mulctam pensitarent, imperatum fuisset, potius Griwnae po-

48) Ewers. l. c. pag. 146.

49) Adam Brem. hist. eccles. pag. 19. Helmold L. l. c. 7. Schloezers allg. nord. Gesch. pag. 505. Ewers. l. c. pag. 170. 174. ubi Graeci ipsi de Powoloki nummo (— „dann empfangen sie 2 Powoloken für den Leibeigenen“ —) deque Solotniki dicunt. (— „Wenn ein Christ — Gefangene mitbringt — so gebe man — 10 Solotnik“ —) — Quis ignorat famam esse de itinere, quod Andreas apostolus in Russiam fecit, deque viis mercatoris (a Scandinavis veteribus Austur-Weg dictis cf. Schloezer allg. nord. Gesch. pag. 543. seq. von Reutz l. c. pag. 13.) — quas Const. Porphyrogenneta descripsit: huc pertinent imprimis nummi Arabici annorum 766. 775. 785. 812. 902. etc. in nostris adeo regionibus reperti, e.g. apud Grobin in Curonia, in vase nuper effosso ubi Griwnae Russicae (?) quoque erant (cf. Fraehn Jahresverhandlungen d. Curl. Gesellschaft II. pag. 395.), sicuti nummi Graeci de anno 867 apud Ascheraden in Livonia, de quibus Prof. Kruse praeclearè disseruit.

50) Ewers. l. c. pag. 120. Русская Исторія (Устрялова) I. pag. 67. seq.

sitae fuissent. Nam, nationem parum cultam id omnium maxime vereri, ne in complicitis nummorum, modiorum et ponderum computationibus, neve in perplexa juridica ratione a sollertiore atque prudentiore circumveniat, nemini profecto cognitum non erit. Olegus, qui victor decesserat, vir probi animi, legem Romanam, cujus aequitas ipsi non poterat non elucescere, recipere maluit, quam Russicae cujusdam legis, si qua tunc temporis extare potuerit, — pravam interpretationem probare. Accedit huc, quod vix commutari passus fuerit ejusmodi nummos, quibus idem pretium eodem numero exprimi omnino nequeat (51). Etenim V. non facile in legibus Russicis antiquioribus neque Scandinavicis possit reperiri. Nam saepius omnino ii numeri sunt obvii, qui tribus possint dividi, praesertim vero XII. numerus (52). Sic Jaroslavus etiam in libro suo, qui inscribitur Правда русская (53) corporibus laesionibus III. et XII. Griwnarum mulctam imponit. —

Quod deinde ad Ewersii sententiam attinet, qua verba haec: „по Рымскому закону“ legi nullo modo posse dicit, quod hoc ipso in monumento nunquam Romanorum nomine, semper Graecorum (54) appellentur Graeci, opinioni huic haud dubie poterit objici, non mirum videri posse, si Graeci hoc loco sese Graecos nuncupent,

51) Cf. von Reutz l. c. pag. 69.

52) Ibid. pag. 85. nota 3. et pag. 69.

53) Cf. Ewers. l. c. pag. 264.

54) Cf. Ewers. l. c. pag. 146. nota 15. At hoc ipsum non rectum est. — Graeci in monumento Olegiano bis fere Graecorum nomine sese appellant, cf. Ewers. l. c. pag. 157. et pag. 163. et quidem locis non omnino suspentione vacuis; — alibi semper Christianorum. Ewers. l. c. pag. 138. 147. 156. 157. 162 etc.

inde tamen nullo pacto consequi, quod jus eorum re vera Romanum, — Graecum vocare debuerint. — Quin ea etiam in re, quod Ewersius sententiae suae fulciendae causa omnia verba tam accurate, tam caute perpendi voluit, ipse, quo impugnaretur, praeuisse adversariis videtur. Graeci enim, si tam accurate omnia scripsissent, quomodo V. Litras, nummos Graecos, secundum jus Russicum pensitandas, dicere omnino potuerunt? — At profecto Graeci posteriore quoque tempore si Russorum et Graecorum simul mentio fit, Romanorum (55) nomine sese appellant. Nonne idem factum videmus in ea pactione, qua ab Imperatore Byzantino cum Swaetoslawo facta haec ipsa, de quibus Olegi et Igri temporibus conventum erat, rata ac firma esse jubentur (56).

Ea autem quaestio, utri sententiae ipsum legis argumentum, — quippe quod optime declarat originem ejus — faveat, multo gravior nobis esse debet. Ewersius haec (57).

„Die Strafe für diese Rechtsverletzung ist
 „offenbar aus dem Russischen Rechte
 „entlehnt. Geldbussen für Verwundungen
 „sind das Characteristische der alten Rechte.
 „Die ersten Strafen, welche an die Stelle
 „der Privatrache treten, sind Ersatz im
 „Gelde. Dass diess bei den alten Russen
 „als Strafe für Verwundungen galt, sehen
 „wir aus der ältesten Prawda. Griechi-
 „sches Recht war es nicht. Diess liess
 „in solchem Falle theils das jus talionis

55) Leonis Diaconis hist. pag. 91... „Romani
 „contra illis (Russis) potestatem facerent enavigandi, ne-
 „que eos in itinere cum navibus igniferis adorirentur etc.“

56) Leon. Diaconi pag. 96. ... καθάπερ ἂν καθ' ἑν
 ἕξιμον ἦν - - - quemadmodum erat antiquitus insti-
 tutum.

57) Ewers. l. c. pag. 144. 1.

„eintreten, theils Vermögensstrafen nach
 „Verhältniss der Heilungskosten und des
 „Zeitverlustes. Nov. Leonis 92. etc. und
 „τῶν βασιλικῶν τεύχος (... pag. 43. 47. 121.
 „recens. Fabrot.“)

Hic igitur primum considerandum erit, ejusmodi multas, secundum ipsius Ewersii opinionem, qua primas poenas, quae in locum vindictae successerint, pecuniarias fuisse dicit, — secundum Russicum jus nullo modo statui potuisse. Namque tempora inculta, quibus sanguinis vindicta valebat, aderant quidem adhuc omnino Olegi atque Igri aetate, neque abesse poterant; quod etiam codex Jaroslavi, Правда Русская inscriptus, et jus Russicum posterius satis nobis ostendunt. Quomodo quaeso Ewersius demonstrare potuerit, poenas nummarias postea demum in codice, qui Правда vocatur, vetustiore, a Jaroslavo statutas jam Olegi temporibus apud Russos in usu fuisse? Huc accedit, quod in illo quidem senioris aetatis libro non modo omnia praecepta de corporum laesionibus accuratiora sunt, atque magis complicita, sed ipsae etiam poenae nummariae multo aliter sunt constitutae. Immo, summam libri, Правда qui vocatur, ipsam ab aliis gentibus fuisse receptam, compluribus ex vestigiis apparere videtur. Quin etiam, ipsum Jaroslavum, haec in Olegiano pacto Graecam constitutionem optimam ratum, in suum codicem ita recepisse, ut vel ex Basilicis eam auferet vel nummos Russicos in Graecorum locum substitueret, non difficile erit comprobare. In Basilicis autem, in ponenda hac poena pecuniaria, mercedem quoque medici constitutam fuisse videmus. — Ut igitur Olegi comites mercedis hujus, quae medico danda esset, fuerunt immemores, ita Jaroslavus, qui Nestori si credimus, literis operam impendit et principes Europae potentissimos cognitionis vinculo sibi conjunxerat, ejusmodi rei

mentionem injicere potuit. Hinc factum est, ut codicis sui (Правда) articulo IV. haec praescriberet: „Wenn er sich nicht kann rächen“ - - - id quod licitum adhuc erat - - - „so empfangt er für das Unrecht 3 Griwnen“ - - - et haec quidem legis hujus verba erant illa quidem jam ab Olego Igoroque probata, quibus Jaroslavus ex Basilicis (58) haec fere subjunxit: „aber dem Arzte der Lohn!“ Namque temporis amissi damnus Graecos quidem mercatu occupatos respexisse credibile est, non tamen Russos Jaroslavi praesertim temporibus. Quam quidem legem, nisi ex Basilicis receptam dicimus, explicari certe non poterit, quod illo jam tempore,

58) Quo jure tandem Ewersius ad annum jam 911 Basilica tantum, non vero jus Romanum allegat? — Equidem Basilica in Olegiano monumento explicando plane negligenda existimavi, ne tempora offendisse viderer. — Basilicus enim Macedo, qui anno 886 mortem occubuit, Basilica imperfecta reliquit. Leo Philosophus opus hoc perfectum in vulgus anno 887 emisit, — (Cf. Clossius Hermeneutik des Röm. Rechts, §. 153.) Hoc nimirum opus Ewersius laudare potuisset, si ad nostram aetatem devenisset — (Cf. Mackeldey Lehrb. des heut. Röm. Rechts, edit. X. I. §. 75. pag. 99.) Exstat enim ea tantum, quam Const. Porphyrogeneta anno 945 instituit *ἀνακτάρασις τῶν βασιλικῶν*, (Cf. Heimbach de Basilicor. origine etc. Lips. 1825.) - - - Basilica, quam caute adhibenda sint, notum est, (Cf. Mackeldey l. c. I. pag. 99.) — saeculo demum XII. obtinuit opinio eorum, qui putabant, nihil ex juris Justiniani praeceptis valere, nisi quod in Basilica receptum esset, atque commentarius Balsamonis in Nomocanonem Photii hunc finem persequitur praecipuum, ut accurate notet ea, quae a Photio allegata in Basilicis desint, itaque sublata habenda sint, (Cf. Biener hist. novellar. pag. 210. seq. et de collect. canou. §. 5.) — Tempore Olegiano omnia tantum ea, quae in fontibus Basilic. in corpore jur. Just. continentur, valere poterant. Hanc igitur ob causam, si quis Basilica cum Olegiana pactione composuerit, injuste agere videatur.

illis moribus, in illo legum codice medici mentio facta sit, quum jus Romanum et leges, postea latae, nihil aliud, nisi damnus commovent corporis laesione factum (59)? Hinc autem, quod Russi poenam talionis huic sceleri non proposuerunt apparet, poenam nummariam non, ut Ewersius putat, apud Russos sed potius apud Graecos in hoc delictum constitutam fuisse. Russos enim a talionis jure discessuros non fuisse, ipsum populi ingenium, ipsa religio, ipsi mores satis declarat. Namque sanguinis vindicta omnium poenarum talionis, quae potest excogitari, iniquissima — non modo concessa, sed adeo imperata erat (60). Deinde, (ut illud omitamus) in codice Jaroslaviano (61) et codice saeculi XIII. art. I. IX etc. (Prawda des XIII. Jahrhunderts (62) vestigia sunt quaedam, ex quibus non ignotam fuisse eam poenam, facile apparet. Valebat e contrario secundam legem Graecam non magis, quam secundum Romanam in corporum laesionibus jus talionis: quamvis in Basilicis Leonisque Novella injecta sit ejus mentio. In duodecim tantummodo tabulis memoratur haec poena; at Justiniani Institutiones jus

59) Cf. §. 7. Inst. de injuriis IV. 4. (de medico lex l. §. 1. Dig. de extraord. cognit. etc.)

60) Cf. Ewers. l. c. pag. 50. „In der ältesten Rechtsperiode gilt überall die Privatrache noch. Sie besteht vor dem Staate. - - - Sie ist die peinliche Rechtspflege der Vorzeit“ — Ibid. pag. 97. cap. II: „Blutrache gegen Brüder!“ pag. 228. cap. I: „Blutrache gegen Stiefbrüder!“

61) Cf. Правда русская art. I-IV. - - - „Ожели себе, неможешь мстить“ etc. art. XVI. - - - „А за шельм, где его нальзуть, удареныи мои мужь, да быють“ etc. — Ewers. l. c. pag. 264. et 270.

62) Cf. Ewers. l. c. pag. 317. „Wenn einer den andern schlägt mit dem Stocke - - - so 12 Griwnen. Duldet es der nicht, und haut ihn dagegen mit dem Schwerte, so ist ihm deshalb keine Schuld,“ et pag. 314. art. 1.

hoc in scelere illo jam dudum a praetoribus abrogatum esse, clara voce pronunciant (63). Dicuntur igitur eodem loco pro talione, Romanorum aequitati contraria, mulctae, casui cuique aptae, usurpatae fuisse. — At quum constitutio Basilicorum et Leonis Nov. modo talionis jus, modo nummariae poenas adhibere jubeant, qua ratione fieri potuit, ut multum suspicionis movere debere hanc alternationem Ewersium tanta ingenii acie praeditum fugeret ac praeteriret? Ingenio enim eorum, qui Basilica composuerunt, parum critico et ignorantia historia, juris factum esse, ut poena talionis, quae jam diu abrogata erat, et tam animo quam moribus Graecorum adversabatur, poenae adhuc valenti nummariae subjungeretur, quis non intelligit? — At poena talionis, licet recepta in Basilica fuerit, in usu non erat apud Graecos enervatos. Illos autem fortibus septentrionis filiis, semper ad pugnam paratis, terribilem talionem et difficile aestimandam concessisse vix credibile est. Russi tamen tamquam nummariam, vel quia eo tempore in usu esse coepit, — vel propter praedae cupidinem poenam illam aptam atque idoneam ratam habuerunt. Graeci, ut ambiguitatem et omnem litem causam amoverent, pro mulcta pecuniae arbitraria, V. litras utique constituerunt easque postea victores in monumento Igoriano ad decem ex patria

63) §. 7. Inst. IV. 4. „Poena injuriarum ex lege XII. tabb. propter membrum quidem ruptum, talio erat, propter os vero fractum nummariae vero poenae erant constitutae, quasi in magna veterum paupertate. Sed postea Praetores permittebant ipsis, qui injuriam passi sunt, eam aestimare, ut iudex vel tantum condemnaret, vel minoris, prout ei visum fuerit. Sed poena quidem injuriae, quae ex lege XII. tabb. introducta est, in desuetudinem abiit; quam autem praetores introduxerunt, in judiciis frequentatur.“ —

tamquam lege auxerunt (64). — Ewersius denique ad probandam sententiam suam, qua secundum jus Russicum, non secundum Romanum, poenam illam V. litrarum impositam fuisse contendit, praeterea hoc attulit, pietate Russos commotos fuisse, ut in jure suo pertinaciter persistenter (65). At si vera Russos tantopere jus proprium amasse stauimus, quomodo explicari poterit, quod iidem hoc ipso in monumento sanguinis vindictam, quae propria sibi et peculiaris, in religione, in moribus legibusque nitebatur, sibi eripi atque interfectoris re familiari redimi passi sunt. Quomodo quaeso Russos victores concessisse credibile est, ut uxori interfectoris, quae secundum opinionem, secundum jus patrium, ut serva mariti, obnoxia erat vindictae (66), non solum omnino incolumis esse, sed etiam partem pecuniae pensatae et praedae ex juris titulo, ipsis omnino incognito, et ex lege deducere liceret? Hoc nimirum in casu Russi quantopere jura propria et consueta amarent, egregie ostenderunt! — At, licet ab omnibus his rationibus, non ita levibus parvisque discesserimus, ea tamen, quae consequuntur, Romanum jus fuisse hoc loco pactionis satis superque demonstrant. Sunt vero, quae adduntur haec:

„Wenn der (i. e. der welcher verwundete)
 „kein Vermögen hat, so gebe er so viel er
 „vermag, und gebe die Kleider selbst, die
 „er an sich hat, und wegen des Uebrigen
 „schwöre er nach seinem Glauben, dass er
 „nichts Anderes habe sich zu helfen (d. h.
 „die Schuld zu bezahlen,) dann werde

64) Cf. pag. 36.

65) Ewers. l. c. pag. 145.

66) Ewers. l. c. pag. 51.

„der Anspruch nicht mehr an ihn ge-
macht (67).“

Haec quidem ex jure Romano repetita esse, Ewersius ipse confiteri videtur (68). Et quis est, qui non primo aspectu abrogationem reperiat nexus personae debitoris, factam illam quidem jam lege Poetelia Papiria a. u. c. 428? Quis non inveniat hic beneficium cessionis honorum ex lege Julia? neque non juramentum manifestationis cum beneficio competentiae (69) conjunctum?

Neque minoris momenti ad stabiliendam juris Russici cum Romano concordiam ea sunt, quae in eodem literarum monumento de furtis constituta legimus. Secundum vetus jus Russicum quisque fur, in furto deprehensus, impune occidi poterat; ex jure quidem Romano idem in universum licuit, sed cum moderatione etiam in pactionem illam receptum comprobabimus. Sunt verba haec:

„Wenn ein Russe von einem Christen oder
„ein Christ von einem Russen stiehlt, und
„wird in dem Augenblicke ertappt, wo er
„den Diebstahl begeht, von dem, der die

67) Schloezer N. III. 316. Ewers. l. c. pag. 144.

68) Ewers. l. c. pag. 145. „mit dem Griechischen „Rechte ist sie leicht zu vereinigen, es ist eine Art cessionis honorum.“ etc.

69) So gebe er so viel er vermag — — — in quantum facere potest — — — Jo. Aug. Hellfeld Diss. de beneficio competentiae ex proprio aequae ac tertii jure in opusc. Nr. 25 arg. lex. 6 — 8. D. de pignorib. et hypothec. (XX. 1.) „Obligatione generali rerum, quas quis habuit habiturusve sit, ea non continebuntur, quae verisimile est, quemquam specialiter obligatarum non fuisse, utputa suppellex, item vestis relinquenda est debitori“ etc. cf. glossa h. l.

„Sache verloren hat (i. e. dem er sie so
„eben gestohlen hat,) — wenn er sich
„stellt, welcher den Diebstahl verübte,
„und getödtet wird, so soll sein Tod nicht
„gesucht (i. e. keine Anforderung desshalb
„gemacht) werden, weder von den Christen,
„noch von den Russen, sondern jeder nehme
„das Seine wieder, was er verlor (70).“ —

Jam secundum XII. tabulas quisque fur nocturnus vel qui interdium armis se defenderet, trucidari statim potuit (71). Lege autem Cornelia de sicariis haec constitutio ita est restricta, ut fur eo tantum in casu, si vel noctu, vel interdium armis sese defenderet (72), necaretur. Idem nonne significant pactionis Olegianae verba:

„Wenn er sich stellt“ (zum Kampfe, zur
„Gegenwehr.) —

Simili forsitan modo poenam tripli, quae hoc in monumento contra eum, qui crimen vis commiserit, constituta est his verbis:

„Wenn ein Russe von einem Christen oder
„ein Christ von einem Russen mit Zwang
„(мыѣние, Quaal) den Versuch macht: so
„muss er es dreifach ersetzen (73),“ —
ex jure Romano originem duxisse conjicere licet.

70) Schloezer N. III. 317. Ewers. l. c. 147.

71) Lex 12. 45. de furtis; 4. 11. ad leg. Aquil.

72) Lex 2. et 4. C. ad leg. Corn. de sic. Lex. 45. §. 4. ad leg. Aquil. Ewers. l. c. pag. 148. At in hoc quidem loco ob causas supra expositas (pag. 26. nota 58). Basilicorum nulla potest ratio haberi.

73) Schloezer N. III. 317. Ewers. l. c. 147. et 148. 2. *ушудану* poenigen. Cf. Prawda filiorum Jaroslai. art. XXVII.

Namque haec mulcta, quae in vetustissima illa Prawda non reperitur, etiam in jure Russico veteri omnino non occurrit. Quae quidem, quum congruere videatur cum poena Romanorum rapinae et furti manifesti (74), (quae scelera secundum omnium gentium jura vetustissima eodem modo puniuntur) (75) nonne facile in eam sententiam adducamur, ut illam ex jure Romano profectam esse arbitremur? cui quidem sententiae Ewersius quoque adstipulatur (76). Ut quadruplum in triplum mutaretur, vel inde effectum est, quod Graeci jure consuetudinario minorem sequerentur poenam, vel usum minorem poenam adduxisset, partim vel inde, quod bellicosi Russi, quippe quibus vis violenta tantam poenam mereri non videretur, facilius ad tale mulctae genus accipiendum impelli potuerint.

Haec fere sunt, quae ad rem nostram pertinentia, pactione illa Olegiana continentur, quae conjuncta cum iis constitutionibus, quae minoris momenti in jure privato a nobis omissae sunt, ut de servis fugitivis, de redimendis captivis, de rebus reddendis in rapinis, denique de hereditate Russo-

74) Ewers. l. c. pag. 149. „Nach den ältesten Rechtsen fast aller Länder ist der auf der That ertappte Dieb, rechtlos, wie der Räuber und Mörder etc.

75) Pr. Inst. de vi bonor. rapt; lex 8. §. 3. de furtis; lex 1. 2. §. 26. de vi bon. rapt.

76) Jam XII. tabulis, ut furtum conceptum tripli poena afficeretur, fuit constitutum, Gajus igitur furtum hoc conceptum ex illa lege pro furto manifesto habitum esse III. 192. dicit — (hic enim locus quomodo a Gaj. III. 191. et a Gellio XI. 18. discrepat, nihil ad nos.) Hoc igitur furtum manifestum ut eodem modo tripli poena irrogetur libro quodam Nestoriano, manuscripto, constituitur, at est tamen lectio cur suspecta habeatur. Ewers. l. c. pag. 148. nota 2.

rum in Graecia mortuorum et rursus Graecorum in Russia defunctorum (77), efficiunt omne jus Russicum, quod illis temporibus valuisse scimus. Monumentum illud, quod contemplabamur, haud dubie nil aliud erat, nisi foedus quoddam populorum, quod paucis tantummodo in casibus iis Graecis, qui in Russia et Russis, qui in Graecia habitabant, pro lege esset. Haec igitur, quae me quidem judice, ex Romano fonte profluxerunt, jus ipsum Russicum atque procedendi modum non valde immutare potuerunt. Cujus rei causa haud dubie quaerenda est non solum ipsa vis ac natura ejusmodi foederum, — sed etiam in eo, quod tales constitutiones, quae non ortae sunt ex jure consuetudinario, cum jure non facile coalescere solent. At, quum judices Russorum si Graeci in judicium venissent, secundum hujus pactionis illius normas judicare deberent et ita quodammodo praetoris peregrini vicibus fungerentur, initium fieri coeptum est ejus auctoritatis, quam jus Romanum sibi vindicavit. Quo accedit, quod hoc ipso et priore jam tempore multi Russorum et Varaegorum, magna ex parte mercatores et milites mercenarii, Byzantii commorabantur (78). Hi enim magnis divitiis ibi comparatis, domum reversi, cum opibus suis juris quoque principia illinc secum afferebant. Quorum sententiae, quam ipsi ob copias suas et gloriam (79) haud parum apud cives valerent, eo faci-

77) Ewers. l. c. pag. 264. „Was in der, deshalb (de Jure hereditario) getroffenen Massregel (in monumento Olegiano) auf Erbrecht zu deuten scheint, erinnert mehr „an Römischer als Russischer Gesetz,“ cf. quoque Schloezer allg. nord. Gesch. pag. 541. § 1.

78) Cf. Ewers. l. c. pag. 181.

79) Schloezer allg. nord. Gesch. pag. 545. 571. Per

lius debebant percrebrescere, quum iudicium Russicum duodecimvirale (80) ex arbitris a litigatoribus ipsis ad libitum electis, consisteret, quum, quae normae illae ex pactionibus receptae, ab ipso Principe essent approbatae. — Quam parum autem illis temporibus, quibus omnes codices, quibus eruditi deerant iudices, id curae fuerit arbitris, num lex, quam erant adhibitori, a principe confirmata esset, inde maxime apparet, quod vel tempore insequenti, quo leges jam jurisque codices exstabant, cae potissimum leges maximam habuerint auctoritatem, quae non solum a summis magistratibus non essent approbatae, immo vetitae et interdictionis (81). —

Altera jam pactio eaque recentior, quam Igorus Rurici filius, iterum victus apud Byzantium cum legatis ad ipsum missis anno 945 Aprilis mensis die 20-mo confectis traditur, nobis consideranda erit. Quum pactionem, praeter nonnulla additamenta, nihil nisi renovatam pacem Olegianam amplecti, Ewersius jam summo acumine

totum fere medium aevum et imprimis apud gentes septentrionales ad alias terras visendas proficisci, honoris esse putabatur.

80) Cf. von Reutz l. c. pag. 84.

81) Hoc valet imprimis de jure Esthoniae equestri et territoriali (des Herzogthums Esthen Ritter- u. Landrecht) — cf. Königl. Resolution d. 27. Januar 1699, §. 3.:

„dass dieses Werk, da es weder confirmiret, noch übersehen ist, auch nicht weiter als ein allg. Gesetz angesehen werden soll, als so weit es mit den Privilegien und Landrechten übereinstimmt.“

Cf. von Bunge das Liv. u. Esthland. Priv. R. pag. 16. — et de statutis Rigensibus (l. c. pag. 31.)

observavit, tamque luculenter demonstravit, ut vix ullo modo possit refelli (82). —

Ceterum populi utriusque rei commutatas fuisse, satis haec pactio declarat. Graeci, qui, Igoro profligato, pacis conditiones ferunt, hac ipsa occasione suis maxime commodis consuluerunt. Verumtamen, etsi victores discesserent, maximopere properant Graeci ut pacem concilient. Summa igitur usi sunt moderatione; quippe qui Igorum fortissimum omnia jam, quae ad novam expeditionem opus forent, satis paravisse, haud ignorarent. — Eo in pacto Russi sancte et religiose polliciti sunt;

- 1) se omnes pacis conditiones servaturos esse;
- 2) praeterea convenerat, ut novas constitutiones de auctoritate legatis suis impertienda fieri paterentur;
- 3) alimenta, quae hic praebenda forent, omnia decernerentur;
- 4) postea plura de servis, qui Russos, in Graecia habitantes, effugerint, constituuntur;
- 5) de rapinis agitur et de furto;
- 6) de redimendis Graecorum Russorumque servis et captivis;
- 7) de Chersonesi urbiumque ibi sitarum quiete, quibus neutram partem sequi liceret. Denique
- 8) de tuendis Graecis naufragis;
- 9) et 10) de praesidio Chersonesi ad os Borysthenis fluvii habitantibus, praebendo de-

82) Ewers. l. c. pag. 123. seq. „Посмотримъ на право.“

que auxilio iisdem adversus **Bulgaros** ferendo, postremo

- 11) de pluribus aliis rebus quaedam constituuntur, praesertim autem Graeci, qui delictum contra Russos commiserint, ipsis a Russis poena affici vetantur.

Ex hac brevissima argumenti descriptione difficile non est intellectu, hoc quidem monumentum multo pauciora, quae ad nostram investigationem valeant, praebere, quam illud Olegianum, licet contrarium expectaveris. Nonnullas quidem poenas acerbiores constitui videmus. Sic in vulnerationibus quinque litrarum mulcta augetur ad decem (83); in furto jam ipse conatus in crimen vertitur. Est constitutionis hujus argumentum fere tale:

„Wenn einer von den Russen versucht, von den Leuten eures Zaarthums etwas zu entwenden, so werde, wer das thut, bestraft. Wenn er aber entwendet hat, so ersetze er. Wenn dasselbe der Grieche dem Russen thut, so leide er eben die Strafe, die jener leidet. Wenn es sich ereignet, dass ein Russe dem Griechen, oder ein Grieche dem Russen etwas stiehlt, so ist es billig, dass er dasselbe nicht allein zurückgebe, sondern auch dessen Werth. Wenn sich das Gestohlene verkauft findet, so giebt er den Werth desselben, und wird nach griechischem Gesetz und nach russischer Verordnung gestraft.“ —

83) Cf. pag. 29.

Dubium non est, quin locorum, quos citavi prior sic se habere debeat: „Wenn einer von den Russen“ — — et jam appositionis loco haec adji- ciuntur: „den Leuten eures Zaarthums,“ — ut hic evadat sensus: „wenn ein Russe etwas zu ent- wenden sucht.“ — — Mirum est, quomodo Ewersius totam hanc legem, modo laudatam, explicaverit. Is enim haec legi inesse existimat:

- a) „der Versuch, dem Andern etwas zu nehmen, soll bestraft werden;
- b) „dass wirklich schon Genommene soll ersetzt werden. Olegs Veetrag bestimmte dreifachen Ersatz. Das muss hier wegfallen, weil für diese Handlung schon Strafe, wie es scheint, nach griechi- schem Rechte eintreten sollte;“
- c) „der Dieb soll das Gestohlene ersetzen oder den Werth desselben und nach grie- chischem und russischem Rechte bestraft werden (84).“

At ita rem mutatam fuisse, ex ipsis verbis liquere nullo modo videtur. Num in monumento Olegiano haec sunt:

„Wenn ein Russe von einem Christen etc. mit Gewalt den Versuch macht, so muss er dreifach ersetzen (85);“

ob vim igitur adhibitam tripli poena constitui elu- cet. In Igoriano autem monumento non de vi sed de conatu potius furti agitur. Quamvis libenter equidem Ewersii sententiam, loco in conatu poe-

84) Ewers. 1 c. pag. 167.

85) Cf. pag. 31.

nam exigi secundum jus Graecum dicentis, amplecti voluerim, attamen diffiteri non possum, quin nihil ego hac de re in ipso reperiam monumento. Neque magis haec ego inveni:

„der Dieb soll das Gestohlene oder den
„Werth desselben zurückgeben und über-
„diess nach Griechischem und Russischem
„Rechte bestraft werden.“

At quid tandem differunt inter sese haec: „was
„schon genommen ist“ (sub Lit. b) et „was
„schon gestohlen ist?“ Nam quod in vertendo Ewersius verbo „entwendet“ expresserat, idem in interpretando reddidit ancipiti verbo: „genommen,“ cum non intelligas utrum vi an clam.

Mihi quidem dubium non est, quin verbis hisce:

„Wenn er aber gestohlen hat, so ersetze er“ omnino otiosus, — ab otioso quodam insertis (86), enunciatio haec tale quid utique sonueret:

„Wenn einer von den Russen (— den
„Leuten eures Zaarthums) — versucht
„etwas (von den Griechen) zu entwenden
„so werde, wer das thut, bestraft. Wenn
„dasselbe der Grieche dem Russen thut, so
„leide er dieselbe Strafe, die jener leidet.“

Ut hoc loco de conatu furti agebatur, sic ea, quae sequuntur, constitutionem de facinore jam patrato his verbis proponunt:

„Wenn es sich ereignet, dass ein Russe
„dem Griechen, oder ein Grieche dem Rus-

86) Вельяминъ - В. т. с. I. pag. 11. §. 17. „Впродолжѣніи сии мирные договоры такъ безобразны перемѣнчиваши etc.“ Ewers. t. c. pag. 172. nota 32.

„sen etvus stiehlt, so ist es billig, dass
„er dasselbe nicht allein zurückgebe, son-
„dern auch dessen Werth.“

Tale igitur discrimen inter poenam, quae facinori perpetrato et eam quae conatui proposita erat, constitutum fuisse videtur, quae quidem discrepantia non solum propter eam, quae in majori poena apparet aequitatem, verum etiam propter dicendi genus copiosius multo rectior videtur esse, quam parvum illud enunciatum insertum: „Wenn er aber entwendet hat, so ersetze er“ quod praeterea iis, quae subsequuntur: „so ist es billig, dass er dasselbe nicht nur zurückgebe, sondern auch dessen Werth“ contradicit et repugnat. Hanc enim secundum constitutionem praeter ipsam rem, pretium quoque rei tamquam poenam reddere iubetur qui rem abstulerit. Itaque demum in casu:

„wenn das Gestohlene sich verkauft findet“

(quibus quidem verbis omnis domini amittendi modus significatur) —

„soll nicht nur der Werth desselben vom
„Diebe ersetzt werden, sondern er soll
„auch nach Griechischem Gesetze (по за-
„кону гречскому) und nach Russischer
„Verordnung (по уславу русскому)
„gestraft werden.“ —

Rursus igitur poena cumulatur, at alio tamen modo. — Novum fortasse hoc ex loco derivari poterit argumentum, verba illa: по Римскому закону“ (cf. pag. 23), quae in monumento Olegiano leguntur, recte sese habere. Neque enim hoc erit praetereundum silentio, hoc loco quamquam simplicissima sit lingua atque inops, discrimen tamen quoddam factum inter legem Graecam et constitutionem Russicam. Fortasse haec aliter in Graeco exemplari expressa,

male in Russicam linguam conversa sunt (87). — Ewersius quidem hac discrepantia verborum „за-
КОНЪ“ et „УСПАВЪ“ omnino neglecta, haec dicit:

„Diese Worte könnten ausdrücken, dass das
„Recht der Nation, zu welcher der Ver-
„brecher oder auch der, zu welcher der
„Verletzte gehört, in Anwendung ge-
„bracht werden solle (88).“

Cujus sententiae, — cum ejusmodi interpreta-
tio haud quaquam usui practico accommodari pot-
est non contradicere non possum. Priore enim in
casu, maleficum in ea civitate, ex qua ipse oriun-
dus esset, secundum eas leges, quae illic valerent,
poena merita affici jussum fuisse statueremus (89)
altero in casu, sicuti magistratus Graeci secun-
dum jus Russicum judicaverint, ita Russicos
judices Graecum jus adhibuisse. Si igitur verba
haec: „по закону vel по закону русскому“ jus
Russicum denotarent et ejusmodi mutuum rela-
tionem (ut hoc verbo utar) exprimerent, — quo-
modo quaeso, ea conciliari possunt ex constitu-
tione ejusdem monumenti, in qua haec fere le-
gantur:

„Wenn die Russen ein gestrandetes Schiff
„der Griechen an irgend einem Orte finden,
„so sollen sie ihm nicht schaden. Wenn
„aber Jemand etwas nimmt von demselben

87) Ewers. l. c. pag. 121.: „Die Barbaren erhielten
das Exemplar in ihrer Sprache, welcher öfter Gewalt ange-
than sein mochte. Hieraus erklärt sich die Ungelenkig-
keit des Styls der Olegischen Urkunde.“ —

88) Ewers. l. c. pag. 168.

89) Tales deditiones ab illa aetate et connexu, qui in-
ter utramque gentem intercessit, non erant alienae. Compare-
tur ipsum monumentum Olegianum (Ewers. l. c. pag. 162.
175. 220. 315.)

„oder einen Menschen zum Sklaven macht
„oder tödtet, der soll nach Russischem und
„Griechischem Gesetze gestraft werden (90).“

Licet hoc in loco de Russis tantum agatur,
a quibus poena exigatur, Ewersius tamen haec
dicit:

„Das kann wohl nichts Anderes heissen,
„als nach dem Rechte der Nation, in de-
„ren Gewalt der Verbrecher, oder bei
„welcher die Sache zur gerichtlichen Ent-
„scheidung kam (91).“ —

Sed in legibus Russicis nihil certe illo
tempore sancitum erat de iis, qui naufragos diri-
puissent, poena afficiendis. Et unde tandem ejus-
modi constitutiones repetere potuissent? — Nor-
mannis enim et Varaegis piratica vita usitata
omnino atque solita erat: dum Slavi, quos nun-
quam scimus mari valuisse, tempore insequenti, ab
omnibus se depelli littoribus facile passi sunt (92).
Quae quum ita sint, quomodo tandem tales illi le-
ges, ex quibus multa alia concludi possunt, quas-
que Roma ipsa tempore demum subsequenti acce-
pit, habere potuerunt? Quantum temporis est
elapsum, ex quo ad littora maris Germanici ut
naufragia acciderent, quam maxime sibi frugifera,
precarum isti desierunt? Sic igitur fieri non pot-
est, ut praeter jus Graecum constitutionem illam
Russicam vel jus Russicum de legibus, quae illo
tempore in Russia valuerint — accipere nobis li-
ceat. Constitutionis vocabulum (законъ) mea
quidem sententia, ad nihil aliud referendum est,
quam ad Olegi pactionem; quippe in qua res

90) Schlözer N IV. 78. Ewers. l. c. pag. 169 et
173. Вельяминовъ-Зерновъ l. c. pag. 9.

91) Ewers. l. c. pag. 169. l.

92) Cf. Ewers. l. c. pag. 136 et 173. in fine.

quaedam Graecis admodum nota a Russis constituta fuerit. Et secundum eandem constitutionem nonne de iis Russis, qui in Graecia habitarent, iudicia facere poterunt? His igitur cognitis, sententia horum verborum nulla alia est nisi haec:

„Wenn das Gestohlene sich verkauft findet,
 „so giebt der Dieb den Werth desselben
 „und wird nach Griechischem (Römi-
 „schem) Gesetze bestraft, wie es Russi-
 „scher Seits (in monumento Olegiano) fest-
 „gesetzt (— *снѣвннѣ, уснѣвннѣ, уснѣвъ —*
 „*снѣвнѣ, уснѣвнѣ, уснѣвъ —*) worden ist“

nimirum, ut iudicaretur по закону Римскому. — Haec igitur conjectura mea, quam proh dolor! nullis libris manuscriptis comparatis, nullis aliis criticae artis adjumentis sustentare mihi licuit, quam audax sit, ipsum me non latere, ingenue aperteque confiteor. At quomodo tandem Ewersius in furibus puniendis ejus nationis jus adhibendum esse, ex qua maleficus esset oriundus, dicere potuit, quum tamen paullo ante in explicando foedere ab Olego praescripto paucis annis vetustiore contendisset eum in finem, pro Russicis Griwnis Litras positas fuisse, Graecis usitatas, ut ipsi intelligerent poenae amplitudinem et legis verba alias sibi incognita (93). — Nonne ex hac Ewersii sententia sequeretur, Graecos, qui paucis annis antea ne nummos quidem Russicos novissent, non multo post jam Russos, qui in Graecia furati essent, secundum jus Russicum punire scivisse. Et tamen hujus juris natura ea ut ex Slavico tantum et Scandinavico jure consuetudinario compositum, jam hanc ob causam incertum sit atque dubium (94). At in poena iis, qui ex navibus lit-

93) Cf. pag. 21.

94) Cf. Вельяминовъ-З. I. c. I. pag. 10. *) „По

tori allisis vel res vel homines sibi vindicarent, irroganda, Graecum quoque jus valuisse et dictione illa: „secundum jus Russicum“ nihil aliud designari, nisi normas in Olegiano pacto constitutas; inde jam manifestum, quod in veteri jure Russico plagium omnino non reperitur in delictis (95). At jus contra Romanum, in quo plura invenimus accuratissime hac de re sancita, plagium ita restringit, ut, si liberi homines ad servitutum subeundam comprehendantur, poenam constituat (96). Ceteri autem casus similes ad crimen vis publicae referuntur.

Haec igitur prima sunt vestigia, ex quibus, quantam vim jus Romanum in Russicum habuerit, aliquo modo possit apparere. Quae quidem indicia — quamvis parva et parum perspicua in incerta et parum constanti pactione inveniuntur, tamen, quia prima sunt, maximi momenti videntur esse. Et sunt quidem haec nobis gravissima, quum propterea, quia in cultura populi rudis ac gentilis atque civitatis modo oriundae apparent, tum vero, quia tempore postero jus Romanum etiam plurimum valere et magna in auctoritate esse coeperat. Decrat igitur his seminibus, quo lactiores emitterent flores, solum idoneum coelumque serenum, quod quidem utrumque Christiana demum religio praebere potuit. Autea enim paganitas propter sanguinis ultionem, propter jus illud horribile et iniquum, quo suum quisque jus injuste exsequabatur, pro-

чтобы сн (Славяне.) законы были писанные, и что-бы Руссы приняли ихъ, — въ помъ я сомѣваюсь,“ от Погодина начертание Русск. Исп. Москв. 1854. pag. 7. „дѣль воего (договора) видно, что Русскіе имѣли въ коннорые гражданскіе обычаи! etc.“

95) Ewers. l. c. pag. 169 in fine.

96) Lex Fabia de plagiariis (Dig. XLVIII. 15. Cod. IX. 20.) lex 5 pr. lex 8 Dig. ad leg. Jul. de vi publ.

pter perpetuas denique expeditiones et populationes neque certum statum civilem, neque leges et jus excolere excultaque sustinere potuit. Quum res sic se haberent, jus Romanum illo tempore non majorem vim sibi vindicare potuit. Est illud quasi ante portas civitatis Russicae, — attamen jam ad portas, ubi duo vicini populi iater se cohaerebant. Omnium autem minime jus illo tempore requirebant, tam excultum, quod certas quasdam rei publicae formas, complicitas civium condiciones posceret et flagitaret.

Doctrina Christiana, ut in reliquis terris, sic in Russia etiam, populi culturam maturavit, atque ut magna certe pars juris Romani (jus canonicum) reciperetur brevi tempore effecit. Jam vero, jus illud postquam est receptum, Russia civitatibus Europaeis, civitatibus Christianis, civitatibus denique excultis potuit adnumerari. Receptum jus Russicum ex jure Romano quantum necesse erat recipi, ita tamen, ut propria et peculiaria jura servaret; at quum tam commune juris Romani studium prioribus senioribusque temporibus exortum sit, mirandum certe est, quod jus Romanum non ita coaluerit cum jure Russico, quemadmodum in jure aliarum nationum originis Slavicae, exempli gratia Polonorum et Dalmaticorum, factum esse videmus, praesertim cum ex iis regionibus, in quibus jus Romanum florebat non tantum religio et pontifices, verum etiam principum filiae atque artifices in Russiam tam frequenter traducerentur. Haec fere habui, quae ad hoc tempus et ad hunc finem de proposito meo dicenda mihi esse censerem. Quod si de hoc opusculo minus severe judicatum fuerit, ea etiam, quae de vi juris Romani et canonici, posteriore tempore exhibita, diligentius observavi, eruditorum examini submittam.